



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

15. An licitum sit inferre bellum Infidelibus committentibus Idololatriam, &
violentibus iura naturalia, maximè si accedat authoritas Summi Pontificis?
Ex. p. 6. t. 4. Res. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Tractatus Septimus.

390

dum Infidelem, nisi alia timerentur in Ecclesia
damna?
Et an potestas impetendi Principem Infidelem, sit
penes Reges, & Regna, vel penes Papam tan-
cum?
Et an possint Ecclesia, & Principes Christiani mittere
Predicatores cum Exercitu ad praedicandum In-
fidelibus? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 15.

1. Pro affirmativa sententia pugnat mordicus
Hostiensis in cap. quod super, de voto, & pro
negativa Innocentius etiam in dicta cap. & Solorza-
nus de Indiarum iure lib. 2. cap. 11. num. 1. putat
utramque sententiam problematice sustineri posse, &
idem ipse ibi respondet ad omnia argumenta, & Mar-
tina de iuris. part. 1. cap. 24. afferit, Scriptores Chri-
stianos non debere sententiam Ostiensis veneno affi-
cere. Vide etiam Petrum Malfertium apud Mandel-
lum lib. 4. consil. 769.

2. Ego vero negatiæ sententiae adhæreo. Dico
igitur. Ob solam infidelitatem non posse aliquem
bellum indicere infidelibus; neque eos priuare domi-
nio bonorum suorum. Vide Molinam tom. 1. disp.
105. & 106. Coninch. disp. 3. i. de bello dub. 2. num.
54. Castrum Palaum tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 3.
n. 7. & alios.

3. Notandum est tamen; quod licet haec opinio
sit amplectenda; illa non obstante Ecclesia habet ius
ad arma mouenda in infidelibus; si vi & armis iter oc-
cludant Prædictoribus fidei.

4. Dico igitur primum. Infideles non permittentes
in suis Regnis Prædictores fidei, posse iusse ab Ec-
clesia debellari. Vide Fagund, in Decal. tom. 1. lib. 1.
cap. 33. n. 20.

5. Dico secundum. Non posse Papam conflare exer-
citum ex Clericis, & Ecclesiasticis viris ad compen-
dendum infidelem; nisi alias timerentur in Ecclesiam
damna; sed hoc munus esse seculari Principi man-
dandum: quia est alienum institutum à Clerico &
Religioso arma mouere.

6. Dieo tertio. Potestatem impetendi Principem
infidelem non esse penes Reges aut Reges, sed penes
Papam. Potest quidem Rex, dum Pontificem con-
sular cogere Paganum, ne Regno Prædictores inter-
dicat; sicut quilibet potest innocentem tueri. In quo
senso Aragonem accipio art. 8. dub. 3. Corollario 1.
& 3. At vero regni ineffectura, & ius ad illud suo
adtingendum, aut alicui donandum; non est nisi penes
Pontificem Romanum: quod eruditè probat Pa-
ter Suarez disp. 18. sect. 1. n. 7. Probatur primò exem-
plio Regum aquae Pontificum: Castellanus & Lusi-
tanus præsente limite Alexandro VII. partiti sunt
Indorum oppugnationem: idque constat ex historiis
antiquioribus. Vide Fagundus ubi suprà.

7. Probatur secundò a priori: quia nullibi Regis
est ius directè aut indirectè in aliorum regna: di-
rectè: res est clara: sunt enim plerique infideles verè
domini suorum Regnum; neque indirectè, quia
hoe ius oritur indirectè ex iure directo praedicandi
Euangelium, sed hoc ius non est Regi seculari: ergo
nece ius indirectum spectat ad eum.

8. Probatur tertio, Quia in ea est occasio
Principes fideles turbandizimuli enim specie religio-
nis impetrerent infideli Prouincias, & contende-
rent de illarum oppugnatione, & in Ecclesie filios
verterentur, arma, quæ essent mouenda in hostes.
Item vicinus infidelium sibi timeret, ne fidelis Princeps
potentior infideli propè accederet ad suas Pro-
vincias, easque inuaderet. Quapropter oportuit, ut
ad unum caput haec iura disponenda renocarentur. Et
haec omnia docet Hurt. de Mend. volum. 1. disp. 75.
sect. 1. §. 3. per modum 43.

9. Qui etiam postea in §. 15. docet, non posse in-
Ecclesiam Prædictores mittere cù exercitu ad pra-
dicandum: nec eo titulo posse Principes fideles en-
tere munitiones in Prouincias infideli: sed ex-
cludendum est, qua ratione ipsi Prædictores excipiunt.
Et rationem adducit. Quia Euangeliū non alia ra-
tione est praedicandum, quam a Christo præceptum
est: sed haec ratio prædicandi est contra rationem à
Christo præceptam: ergo, &c. Minor probatur ex
cap. 1. Matthæi. Vbi Christus mittens Apostolos ad
praedicandum, eos mittit non solum examinatos pra-
ficio militum, sed etiam inimicos, non impetu-
ratione minitantes populus ferum & ignem; sed zo-
norum more inter lupos, quorum vngues non ferent
essent experti. Nec vero illa præcepta fuerunt de
missione prima in Paganos, Israeliticos; sed etiam de
secunda in orbem, vt contra Haereticos, & noua-
los parum consideratos Catholicos, docte ex S. Ambro-
sio, Augustino, Hieronymo, & aliis Pater Mal-
donatus obliterat. in Matth. cap. 10. v. 9. Prædictum,
Ecce ego mitto vos, sicut agnos in medio luporum,
accipienda sum auctu solum, aut potissimum de leon-
ida missione: quia Apostoli in ea prima missione non
lupos experti; sed amicos conciues: a quibus fidei-
fere gloriante: nec tunc traditi sunt à parentibus,
nec damnati à Regibus.

10. Sed, vt verum fateat contra Hurtadum pla-
cat mihi affirmativa sententia P. Suarez de charia
disputat. 18. section. 1. num. 8. Solorzani de Indi-
arum iure lib. 2. cap. 18. num. 11. & sequent. & alio-
rum penes ipsum afferentium posse hodie Princeps
Christianos ad convertendos Barbaros mittens Prædi-
catores cum sufficienti exercitu, non vt bellum infi-
rant, sed vt Prædictores securi incendant, tun clepe &
arces munitas in terminis Prouinciarum infideli-
construire, vt facilius & securius aditus, & exus-
delibus pateat: dimidio tamen prius tales infide-
li blandi & pacificè de audienda & recipienda pa-
dicatione moneantur. Quod si renuerint, an deca-
ri possint paulò * infra videbimus.

R E S O L . X V .

*An licitum sit inferre bellum Infidelibus communi-
tibus Idololatriam, & violentibus intra nationes,
maxime si accedit authoritas Summi Pontificis?*
Ex p. 6. tr. 4. Ref. 16.

§. 1. Negatiuum sententiam docet Castrus Palau
tom. 2. tract. 6. disp. 5. punct. 3. num. 7.
qui citat Bonacinan, Molinan, Valentianum, Coninch
& Suarez, quibus adde Villalobos in summa, tom. 1.
tract. 5. difficult. 4. n. 14. vbi sic ait. *La verdades que
estos pecados non son causa bastante para dar guerra
justa. El fundamento es, que para causigar uno ha de
ser superior suyo el que le causiga, ó a de tener reci-
do agravio del que en tal caso es suyo, no haviendo
superior, y ninguna de estas razones se halla a su favor
así como el Rey de España no tiene a su cruce la
causigar semejantes delitos en las naciones, que no le
están sujetas, lo mismo se ha de decir a qui. Tno ob-
sa el lugar del Deuteronomio citado: porque allí te-
nieron los hijos de Israel especial y expreso mandato
de Dios, que es Señor universal de todo, y que se causi-
gar aquellas gentes por sus delitos: lo qual no per-
miten hacer los Principes, sino es que sean sus subdi-
ctos. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos
tenet Caietanus in 2. 2. q. 66. art. 8. & Boñez quan-
do in 2. 2. q. 10. art. 10. Turrianus tom. 1. in 2. 2. disp. 32.
dub. 2. Sotus in 4. disp. 5. q. 1. art. 10. & alij.*

2. Sed non defunt Doctores affirmatiæ sententia
adhærente.

adhaerentes, ut Innocentius in c. quod super, de vot. n. 4. & 9. & ibi Ancharanus & Abbas: idem Ancharanus, & Boichus in c. gaudemus de diuinitate. Zabarella in Clement. 1. de testib. num. 6. Sylvestris verb. Indus num. 4. verb. infidelitas quasi. 8. & 9. & verb. Papa quasi. 7. Armilla verb. infidelitas. Taberna eod. verb. num. 32. & 33. Maior in 2. sentent. distinct. 44. quasi. 3. & in 4. distinct. 15. quasi. 4. art. 1. Mastrillo de Magistr. lib. 1. cap. 9. num. 10. & alij. Quorum sententiam probabilem putat Ioannes Solorzanius de Indiarum iure lib. 2. cap. 15. num. 16. vbi sic affirmit.

Superest vi de tertio membro dicamus, scilicet de peccatis, quae ab ipsis Indis passim perpetrari probantur, Deum verum non colentes, nec cognoscentes, & fideis suis ac spureis moribus omnia naturalis iurius praecipta turbantes, & transgredientes. Et in hoc quamvis auctores, ut vidimus, maximoperè diliguntur satis probabilem censem Innocentij, & sequentiam opinionem, qui propter haec criminata puniri & debellari posse à Christianis Principibus de licentia Summi Pontificis tradunt, si moniti ab illis non desistant: quod tenuit, & latè contra Victoriae defendere conatus fuit in signis nostrarum Gregorius Lupus in l. 2. tit. 2. 3. part. 2. gloss. magni column. 6. vers. ego vero, dicens hanc sententiam esse communem omnium Canonistarum & Legistarum, & aliquorum Theologorum. Et adeo certum esse concludit Martha in tract. de iurisdictione 1. part. cap. 24. ut placulum dicat de ea dubitare, & Mafquardus in tract. de Indis & infidelibus 3. p. c. 1. n. 39. vbi aperte inquit, quod non peccarunt Hispani, qui punierunt Indos delinquentes contra naturam. Huc velque Solorzanius.

3. Nota tamen, quod idem Solorzanius hanc sententiam affirmatius absolutè tenet sub quadam distinctione, quam etiam admittit Azorius lib. 8. in sua Moral. cap. 2. 4. 9. 9. & eam sequens, & transcribens frater Thomas à Iesu de procuranda omnium gentium salute lib. 5. dub. 4. pag. 207. dicentes, quod id licet infideles iustè puniri nequeant, vbi id ius naturae non seruant, quod debitum Deo cultum & honorem tribendum prescribit. Si tamen illud aliud ius eiudem naturae disfoliant, pertrumpant, & negligant, quod cuique homini reddendum, quod suum est, iubet, & alii non fieri, quod nobis fieri nollemus, tunc iure optime puniri possent; vt si furia, latrocinia, adulteria, homicidia, falsa testimonio, incestus, stupra aut ipsi perpetrarent, aut liberam facultatem huiusmodi mala perpetrandi concederent, vel passim in subditis sine villa pena, ac supplicio permetterent. His etenim legibus naturae violatis planè consequitur, ut innocentis multis damnis; incommodis & malis afficiantur, communisque humanae Reipublice salus, pax & tranquillitas in toto consistere negaret. Pro quibus de defendendis licitum est vi & armis aduersus quolibet infideles certare.

4. Verum quicquid sit de his opinionebus: de quibus ad partes nouissime agit Fagundez in precepta Decalogi omnino videndum tom. 1. lib. 1. c. 33. à n. 28. si non solùm idolatria in infidelibus reperiatur, sed fera quoque & efficiata tyrannis; humanae carnis ingluies, & cruenta, & exercrandis innocentium sacrificia, quae quidem olim Indi, ut plurimum frequenterat: tunc veriore & probabiliori eorum sententiam existimo, qui has iniurias, & oppressiones tollendas, bellum aduersus omnes infideles permittere: quamvis nobis subiecti non sunt, & procul potissimum auxilium nostrum non exigant, & sua forte contenti viuere dicantur. Et ita docet Molina tom. 1. vr. 2. disput. 106. Bañez in 2. 2. quasi 10. articul. 10. Victoria de Relect. 2. de Indis, num. 15. & Ideo Hurt de Mend. volum. 1. disput. 7. 5. sent. 1. §. 12. sic ait. Quod obicitur de Regibus Hispanis, & ob exterorum in-

videntiam. Conquisitus est novus orbis, cuius incolea non homines, sed ferae videbantur, Reges per tyrannidem passim suos occidere, & immolare Diis: nec ex humano more, sed ferino administrare Regna; quibus de causis posse eos illis priuari nullus negat, opprimunt enim infantes, & sunt Regno perniciens, nisi ob delicta: quod si Reges, Ministri per iniustitiam aliquid faciunt, puniuntur à Reges, cum deprehenduntur: qui verò Atobalua Rex Peruanorum non responsum ad Predicationis eius nepitis Illustrissima Marchionissa Orop. sive nomine Cola apud ipsos Reges sonante, iure contendit damnorum compensationem, quæ à Philippo III. est facta: quæ visa est ex Christiana lege esse satis. Ita Hurtad.

RESOL. XVI.

An sit iustus iustus bellandi, si infideles nolint excipere Predicatores Fidei, sed illos occidant, & liberum transitum in aliis Provinciis ad predicandum deneget?

Et de aliis septem casibus agitur, pro quibus licitum est infidelibus inferre bellum. Ex part. 6. tractat. 4. Refol. 17.

§. 1. R espondet affirmativè: nam licet infideles sup. in Ref. nec mediatae, nec immediatae possint cogi, qua hic est vt fidem & Baptismum suscipiant, vt supra diximus: prima post præter tam, vbi tamen coactio ad hoc non dirigitur; sed eo tantum tendit, vt infideles ipsam fidem sibi a Catholicis ciem. Predicatoribus annuntiandam & proponendam, quietis & attentis animis, atque auribus audient, & serio de ea recipienda, vel responso deliberent, nostrisque hoc tam vtile & salutare commercium erga illos exercere volentes; tuto & fido hospitio recipiant, vel liberum transitum ad alias provincias concedant, in quibus Evangelium annunciare, & propagare defiderent: frequentissima & verissima est omnium fere Theologorum & Iurisperitorum opinio, quæ docet talis coactio licitam esse: atque adeò iure optimo posse his de causis infidelibus bellum inferri, qui proterè fidem audire recusant, vel eiudi modi pias & laudabiles expeditiones impediunt: dum tamen priusquam ad illud deueniatur, omnia alia media tententur, quæ ad munus Apostolorum Apostolicè & pacifice obeundum concurrere potuerint.

2. Et idem Victoria in Relect. 1. de Indis à num. 36. & in Relect. 2. à num. 1. usque ad 12. concludit Indos & quoslibet infideles ad fidem audiendam teneri, ac proinde à peccato mortali non excusari; si rogati & admoniti, vt audiant pacifice loquentes de rebus spectantibus ad Religionem, ac de ea matre deliberent id facere nollent: quia tenentur, inquit, fatem audire, & consultare; et si hoc impedian, & Hispanos inter se ad commercia & predicationem non admittant: neque aliter Religionis negotium procurari valeat, hic titulus iustissimus est ad eos debellandos & conquirendos, terraque ac provincias eorum occupandas, nouos dominos creandos & antiquos depöndendos, & reliqua alia iura bellici prosequenda, quæ in aliis bellis iustis licite fieri possent.

3. Hinc Seraphinus Freitas de iusto Imperio Afratico, cap. 9. num. 6. & 7. licet infidelium debellationem non omnino probet, ob id tantum, quod fidem audire recusent: bene tamen adjicit, quod si nobis predicationem impedient, aut alios volentes illam audire, & forsitan fidem suscipere ad nos accedere prohibent, nec sinerent Predicatores loqui